Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Qui educit uinctos in fortitudine, similiter eos qui exaspe-
rant: qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertrans-
ires in deserto.

Terra mota est, etenim coeli distillauerunt à facie Dei Sinai,
à facie dei Israel.

Pluuiam uoluntariam segregabis Deus hereditati tuæ et in-
firmata est: tu uerò perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua
pauperi deus.

Dominus dabit uerbum Euangelizantibus: uirtute multa.

Rex uirtutum dilecti, et speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros, penne columbæ deargentatæ,
et posteriora dorsi eius in pallore aurj.

Dum discernit coelestis reges super eam, niue dealbabuntur
in Selmon: mons dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis, ut quid suspicamini montes
coagulatos.